

Thomas Lindemann

Programma Natali Jesu Salvatoris Nosrti : [P. P. Rostochii 25. Decemb. Annum 1617.]

Rostochi[i]: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73436511X>

Druck Freier  Zugang



Th. Lindemann.
R. U. Progr. 1616/6

PROGRAMMA
NATALI
JESU SALVA-
TORIS NOSTRI.

Propositum

RECTORE
THOMA LINDEMANNO
JURIS DOCTORE ET
PROFESSORE.



Rostochi
Excudebat Joachimus Pedanus, Anno 1616.





RECTOR

Academiæ Rostochiensis

THOMAS

LINDEMAN

J. U. D. ET PROFESSOR.



V T Chaldæis Babilonijs,
Ægyptijs, Arabibus,
Græcis & Romanis tem-
poris annui dimetiendi &
computandi, ita orsus
ejusdem & initij consti-
tuendi diversus modus
fuit. Illi namq; solis Zodiacum permeantis,
hi Lunæ crescentis & decrescantis cursum
secuti anni spatia certis; at non iisdem termi-
nis

nis circumscripserunt. In exordio verò de-
finiendo mirificè variarunt. Aegyptij & Asia-
tici fermè omnes æquinoctium brumale,
quidam tamen Syrij ortum, Athenienses sol-
stitium æstivum, alij Græci autumnalem
mensẽ Gamelionem, alij Hecatombæo-
nem, Romani Martium, Iudæi æquinoctium
vernum anni primordium statuerunt. Ve-
rum hæc initia annorum non semper & per-
petuò durarunt, sed cum novis Regibus, no-
visq; legibus, subinde immutata & innovata
sunt. Aegyptij namq; in honorem Regis Na-
bonassari ab ejusdem regno annum inchoa-
runt & ipsi anno Nomen Regis pro Epitheto
& nota attribuerunt. Idemq; secuti Roma-
ni, mutata Reipublicæ forma, ab Augusti
Cæsaris in urbes ingressu annum inchoarunt.
Nero natalem suum primum anni diem esse
voluit Græci postquã Alexander M. devictis
Persis, domitis Macedonibus, subactis varijs
gentibus Asiæ totius dominus salutaretur, &
cis brumale solstitium triumphum duceret,
in Monarchæ hujus honorem, à triumpho acti

tempore, annum ceperunt, & annum Alexan-
drinum appellarunt. Saxones veteres à 25.
die Decembris annum exorsos esse & noctem
præcedentem. Moderneck, veteri idioma-
te, quasi omnium sequentium annorum ma-
trem appellasse Beda refert. Id enim tempus
ob id vel maximè populis istis maritimis, sa-
crum fuit, quod tum plerumq; *ἁλίμμοροι* ma-
gnæ Oceani inciderent, ad quarum impe-
tum avertendum festis ad id tempus indictis
preces & vota fiebant. Germanis quoq;
omnibus non sine causa dies hic auspiciatus
& sollemnis eo nomine est, quod eodem
sceptra Monarchiæ ultimæ à Romanis ad
Germanos translata. Carolo Magno à Leo-
ne tertio Pontifice populi universi lætissima
acclamatione tradita sunt. Idem dies Roma-
nis meritò sacer immò stupendus fuit: eo
enim die Augustus tertium Iani fanum clau-
sit, quod nunquam nisi pace constante Roma-
ni gauderent & potirentur, contigit: hoc ipso
die Romæ Paci dicatum templum, fornicibus
firmis innixum & suffultum nativitate
novi

novi Pacis principis concussum, conceidit.
Hoc die trans Tymberin (ubi etiam nunc tem-
plum D. Mariæ Transtyberinæ sacrum in
memoriam miraculi istius conditum visitur)
olei scaturigo per occultas venas prorum-
pens, totum diem largissimè manavit. Eo-
dem hoc die tres Soles paulatim in unum ad-
miranda conjunctione coeuntes conspecti
sunt. Hoc die deniq; Augustus Imperator
triumphator & victor licet gloriosissimus es-
set, Domini titulum sibi a Mino tributum
respuit, alium, præter se, mundi verum do-
minum, occulta quadam divinatione præsa-
gijt: Si verò gentes hæ densissimis & cym-
merijs velut errorum tenebris caligantes, in
Regum natorum, legum latorum, rerum fe-
liciter gestarum, factorumq; memorabi-
lium memoriam festa certa, annorum exor-
dia indixerunt: quanto magis nos Christia-
nos decet ab hoc die salutis redemptionisq;
nostræ novum annum non tantum exor-
diri, sed novam vitam ingredi, veteris Ada-
mi exuvijs exutis atq; abjectis novum homi-

num induere. Hodie enim non Nabonassar non Alexander vel Augustus, sed Rex Regum, Dominus dominantium natus est qui non Medos, Macedones, non Parthos, sed hujus mundi Principes diabolorum cohortes mortemq; æternam vicit & vinxit, & fractis infernalis carceris repagulis & numellis nos miseros peccatores sancta sua *Josephina* redemit.

Hodiè de coelo descendit Deus ad hominem, ut in coelos homini præpararet ascensum. Factus est hodiè Deus homo, ut homo fieret Deus, natus est Imperator ut ablueretur peccator, venit Medicus ad ægros, redemptor ad venditos, Iustificator ad impios, vivificator ad mortuos. Mundi itaq; initium ut ab homine creato, ita anni felix auspiciam ab homine recreato, renato, redempto, meritò sumimus. Non enim teste Bernhardo majoris erat sapientiæ & potentie recreare ac liberare, quam hominem creare. Cecidit homo miserabiliter, descendit Deus misericorditer, cecidit homo per
super-

superbiam, descendit Deus per gratiam A-
clamemus & applaudamus igitur huic na-
to Regi, fratri redemptori, accinamus divi-
num & Angelicum melos: Gloria in ex-
cellis Deo, in terra pax & hominibus bona
voluntas. Huic hymno cœlesti qui tibi arum
strepitus, tubarum clangores, bestiales bo-
tus & vociferationes, Bachi Orgya & helua-
tiones, prætulerint illi in stygijs diaboli fœ-
cibus, infernaliq; appluda ad horribicos ulu-
latus & dentium stridores tandem aliquando
choragos agere cogentur.

Imperatores Valens & Volentinianus ut & Leo
cum Anthemio sanctionibus latis hosce dies, Natali
Christi festos, nullis voluptatibus contaminandos esse,
sub pœna gravi edixerunt. Sileat, inquit, vox
horrida præconis animos subeat vicaria pœnitudo.
Nihil sibi vindicet scena Theatralis vel Cyrceſe certa-
mē, aut ferarum lachrimosa spectacula. Divus Ambrosius,
abijciendæ sunt, inquit, in hisce festivitatibus cōmessatio-
nes, ebrietates, lyurgix concionesq; audiendæ. Dion.
Cassius *lib. 47. histor.* scribit, decretum Romæ à Triumviris
fuisse: ut qui Senatores senatorumq; filij natalem Cæsaris
diem, lauro coronati, non celebrassent, multam
decies HS. penderent. Imperatoris & Salvatoris Na-
talitia qui prophanare ausi fuerint, & in Oenopo-
lijs,

illis, tabernis, immò fornibus & ganeis delictere,
quam in æde sacra conspici per plateas compitanti
grassari, boaticus forum implere, quam hymnis Ange-
licis nato JESU applaudere malint, eos non pecunia-
ria multa, sed ira Jehovæ ac poena temporalis compre-
hendet comprimet & coerebit. Quocirca omnes
Academiæ cives, imprimisq; Juvenes Studiosos moneo
horror & obtestor ut hisce diebus festis, se totos pijs me-
ditationibus devoteant dicent & consecrent, Cyclopi-
cas vociferationes, heluationes beluinas, funestos, scur-
riles scurrarum, quos Scortitas nefanda voce vulgò ap-
pellant, ludos & Tragedias (quas & Sacratissimus Im-
perator Justinianus, velut peniciosissimas Reip. litterariæ
pestes speciali constitutione prohibet) devitent, & se
Jehovæ præcepto & Academiæ legibus Conformes ge-
rant. P. P. Rostochij 25. Decemb. Annum 1617.
inchoante, quem utriq; hujus Urbis Reip. felicem &
auspicatissimum animitus comprecor.



superbiam, descendit Deus per
 clamemus & applaudamus ig
 to Regi, fratri redemptori, ac
 num & Angelicum melos:
 cellis Deo, in terra pax & ho
 voluntas. Huic hymno coelest
 strepitus, tubarum clangores,
 tus & vociferationes, Bachi O
 tiones, prætulerint illi in stygi
 cibus, infernaliq; appluda ad h
 latus & dentium stridores tan
 choragos agere cogentur.

Imperatores Valens & Volenti
 cum Anthemio sanctionibus latis h
 Christi feitos, nullis voluptatibus con
 sub poena gravi edixerunt. Sileat
 horrida præconis animos subeat v
 Nihil sibi vindicet scena Theatralis v
 mē, aut ferarum lachrimosa spectacula,
 abijciendæ sunt, inquit, in hisce festivi
 nes, ebrietates, lyturgie conciones
 Calsius *lib. 47. histor.* scribit, decretum R
 fuisse: ut qui Senatores senatorumq; fil
 diem, lauro coronati, non celebra
 decies HS. penderent. Imperatoris
 talitia qui prophanare ausi fuerint,

Ac
 na
 divi
 ex
 bona
 rum
 boa
 lua
 i fæ
 ulu
 ando
 Leo
 Natali
 esse,
 vox
 itudo.
 certa
 rosus,
 ffatio
 Dion
 m viris
 Cæfaris
 ctam
 is Na
 nopo
 lijs,

